

Ung

H-184.

Ocasionia H-184.
potissim in carmina gratel.

vol. 2A 25-
(Cappaiana vel alii segregata)

intra pectus. ~~184a~~ 184a.)

I
 lidi tam amicinu nesciit illi, dum peregrinatur ac sicut
 de non confitit, philosophiae certe per quendam
 Hoc inter se ueris annis immixtum fuit in quodam
 filii puerus et puerum est puerum, dum a puer
 tunc iuuenientem esse iuuenientem, multas iuuenientem
 et excepit, puerum puerum, it dicitur
 tunc Rorundatum, et puer a puerum est in puerum, puer
 tunc iuuenientem iuuenientem, citoque a puerum
 tunc puerum esse, dum a puerum
 tunc a puerum iuuenientem, multas iuuenientem
 ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
IOANNES
GEORGIVS
VVALTHERVS
 CONSILIARIVS SAXONICVS MORALIVM
 ET CIVILIVM PROFESSOR PUBLIVS
 ORDINARIVS ATQVE ALVMNORVM
 REGIOELECTORALIVM EPHORVS

CIVIBVS ACADEMICIS



Nihil tam amicum veritati esse, quam libertatem, ut alium de non constet, philosophiae certe fata ostenderent. Eam, inter gentes natam liberas, seruari diutius integrum illibatamque et florentem non potuisse, quam a seruitute rempublicam illae vindicabant, multis argumentis et exemplis claris facile probaret, si quis tempora Graecorum atque Romanorum, et hanc a reductis et in pristinam dignitatem restitutis litteris aetatem, curiosius vestigaret. Reperire enim plane esset, quantum praestantissimi quique sapientiae magistri a felicitate temporum, ab otio et securitate reipublicae, a principum regum et ciuitatis gubernatorum bonitate, a ciuium humanitate et cultu vitae politiore, opportunitatis atque praesidiorum ad constituendam disciplinam nacti sint. Earum vero, quas diximus, rerum nulla est, quin libertati verae et necessariae ad colenda et perficienda studia seruat, ac tutum veluti et tranquillum menti secessum praefert, in quem e multiplicium perturbationum mediis se procellis veri et reperiendi et contemplandi causa recipere gestiat. Et nulli magis, quam Stoici, vindicare in libertatem philosophiam laborarunt, ut eam quoquis etiam redimendam pretio statuerent, atque rerum naturae prope vim facerent, dum commotiones animi sic a sapiente, tanquam a fano homine morbos, remouerunt. Et exploratum profecto et ad omnium sensus apertum atque expositum est, cogitationes hominum excludere veras, quidquid exclusit liberas; siue libertatem impedit extera vis et coactio, siue commotiones animi, siue inueterata etiam et fallax persuasio.

At quod de sapientia humana inter omnes satis constat, item de coelestis quoque veritatis ac religionis concipienda animis et recte informanda notione suo quodam iure adfirmabit, qui agnoverit, eius esse principium unicum ac fontem sacris in oraculis promulgatam voluntatem et sententiam dei, tam clare quidem et aperite, ut intelligentiae cuiusque, rudit etiam et indocti, pateat, qui sibi ad eius cognitionem ipse non defuerit. Sic certe suam summus veri auctor et praceptor Christus mentem per interpretes, sancti spiritus lumine illustratos et afflatus instinctos, exposuit, ut nusquam requireret operam et ministerium nescio quorum censorum, an interpolatorum dicam, qui alia in his libris, qui eius mandata continent, supprimerent, alia sic additamentis humanis contaminarent, et veluti adsutis purae vesti maculosis pannis concinnarent habitus ei formae, quam ipse integerrimi et absolutissimi operis artifex conspicu augustissimam voluit, indecoros. Nullo diuinae paginae loco praecepitur, ne ex illa plus attingamus, quam inter sacerdotes mutua pactione

ctione conuenierit, quantum plebi et nulli sacro ordini adseri-
ptis inuidere nolint. Quin D. Paulus sic statuerat, Timotheum,
quia a teneris sacras litteras imbibera, satis per eas instructum
esse ad salutem, quae ex fide, Christo addicta, consequenda sit;
quatenus quaevis a Deo inspirata scriptura ad docendum, ad
argendum, ad corrigendum, et ad confirmandum in disciplina
institiae hominem, qui Deo prorsus ad pleni officii et absolutissi-
mae virtutis usum perficiatur, abunde omnia adiumenta sup-
peditet. Verum Pontifici Romano et eius sectatoribus aliter vi-
sum, quando omnia in concedenda sacrorum voluminum lectio-
ne ad auctoritatem solum ecclesiae, seu, quae illorum mens est,
curiae Romanae, referre iubent, ut ex illius demum arbitrio et
approbatione fiant, ut illi loquuntur, authenticar; ut legere versa
in usitatum hodie genti cuique sermonem nemini, nisi quibus
indulserint facrorum antistites, permitteatur; utque in uniuersum
lectio eorum laicis, quos vocant, non inutilis modo, verum no-
xia etiam et pernicioſa iudicetur. Si quis clare et aperte prola-
tam hanc sententiam cognoscere velit, vel indicem librorum pro-
hibitorum Coloniae A. P. C. N. c15 I5 C XXVII. publicatum
euoluat, et legat regulas III. et IIII. etiam Bellarminum in li-
bro de verbo Dei secundo c. XV. et XII. Hofium de expresso
verbo Dei, tom. I. p. 625. Staphylum in apolog. c. 1. de ver. script.
intell. et colloquium Ratisbonense sess. IX. p. 292. addat. O
iniquam inquirendi in religione veri legem, qua ne Christi qui-
dem praeculta et mandata, qualia promulgavit, nec subiecta hu-
manae censurae, cognoscere liceat?

Qui videamus, quid cum Christi hi agant oraculis, quomo-
do humana tractent monumenta litterarum, dubitamus? Sem-
per licuit principibus scripta, malo publico edita, abolere; nisi
quod intercedit magna arroganta Baronius Annal. eccl. tom.
XII. ad A. P. C. N. c15 C LXXXVI. n. 24. vbi usurpationem
hanc juris esse statuit, soli pontifici Romano debiti, quem eriam
Bzouius supremum librorum in mundo censem iactat. Scili-
cet si regibus et principibus reliquatur libros proscribendi pot-
estas, forte purpurati metus erat, ne late satis manare possint, si
quae contra iura horum sparguntur in vulgus, aut ad labefactan-
dam civilis imperii auctoritatem, religionis obtentu et iactanda
sacrae potestatis eminentia, emituntur; vel, ne proscriptiones
Romanae aliquid virium perdant, si non disseminari impune vbi-
que queant. Contra, vbi soli pontifici Romano animaduertendi
et statuendi de libris ius reseruetur, ea opera suppressim, in quibus
fummorum imperatorum, regum, et liberarum gentium, iura sic
defenduntur, ne de illis iudicium et arbitrium ad nescio quam su-

pra



pra omnia imperia et regna eminentem sacerdotum potentiam
deferatur, et irritos reddere magna ex parte praclarorum inge-
niorum labores, quorum monumentis tantaे cultioris orbis parti
interdici queat, facile expeditumque est. Immortale de iure bel-
li et pacis opus Grotius, vir summus, et omnium gentium, aeta-
tum, ac hominum praeconia meritus, maximo regi obtulerat
argumenti fiducia, quippe pro iustitia scriptum. Quin contra se
scriptum illud existimat, qui ad hunc diem eius lectione studio-
sis diuinæ et humanae sapientiae publice interdicunt, dubitare
non licet.

At, per hominum fidem, conditionem veritatis praecela-
ram, cui ne tantum quidem libertatis relinquatur, ut eius inue-
stigatori in religione ad diuina oracula, pura ea et intemerata, et
in sapientiae studio ad Grotii, Puffendorfii, Lockii, Leibnitii, et
similium, volumina respicere et adspicere concedatur!

Nos Deo gratias agimus, quod suae veritatis vindex et af-
fector magnæ Europæ portioni et melioribus per eam scholis,
hanc, quæ ad cognitionem et inuestigationem veri requiritur, li-
bertatem conseruat, ne interdictis proscriptantur libri, ex quibus
sapere rei Christianæ, salutis reipublicæ, vitae, moribus, ac rebus,
hominum, diligentes pietatis, iustitiae, et veritatis, cultores discant.

Nos primi attollere oculos ausi contra horribilem aspectum
superstitutionis, quæ saeuitia et minis armata veluti ab arce qua-
dam inueteratae dominationis caput ostendebat, rectis iis neque
caligantibus coelestem veritatem contuemur, et sponsonem di-
uini auxiliū adspectamus, qua Christiano nomini salus atque se-
curitas medio in discrimine propugnandi pro fide est proposita.

Ex legibus instituti Cassaiani cras maior in auditorio Io.
Cherny, Hungarus, S. S. Theol. et Philos. cultor, orationem ha-
bere decreuit, de diuinae prouidentiae auxilio, quod contra va-
rias artes politicas verae religioni, ne opprimeretur, toties praef-
sentissimum atque validissimum adfuit. Eius a vobis, Ciues, no-
ta pietas et laudanda in studiis industria facile pro humanitate
et elegantia vestra, illoque, quem seruatis, religionis amore, im-
petrabunt, vt ad audiendum frequentes et benevoli conue-
niatis. P. P. a. d. IIII. Cal. Sept. A. P. C. N.

cl 13 13 cl 13

V I T E M B E R G A E

P R E L O E P H R A I M G O T T L O B E I C H S F E L D I

A C A D E M I A E A T Y P I S .

Wenzel 184

KDNP
KDP



FarbKarte #13



B.I.G.
 ECTOR
 E VITEMBERGENSIS
 ANNES
 R G I V S
 L T H E R V S
 SAXONICVS MORALIVM
 PROFESSOR PVBLICVS
 SATQUE ALVMNORVM
 ECTORALIVM EPHORVS
 S ACADEMICIS
 S D P